

Limites molendini Orle inter vil-
lam Glusina.

405.

85.

Hoc Vincentius Judex Bresensis ad univer-
sorum notitiam deducimus per presentes, quod
constituti coram nobis, et iudicio Domini Regis
Polonie quarto die, post diem beati Bartholo-
mei in civitate Bresensi Venerabilis in Chri-
sto Pater Dominus Mathias Dei gratia Vla-
dislaviensis Ecclesie Episcopus, et Jacobus dictus
Bitzesk heres de Glusina publicè confessi
sunt profitentes, quod granities, seu gradus in-
ter molendinum predicti domini episcopi, et sue
Ecclesie Orle dictum, et Glusinam villam Jaco-
bi prenominati iusto, et verò modo sunt li-
mitati, que granities, seu termini inter pre-
dictum molendinum, et villam ante dictam se
sic extendunt, juxta viam partis sinistre, per
quam itur de Terra Cujavia versus lacum,
qui Matke nuncupatur, circa quem lacum
ultima granities terminatur, et quod etiam
jam dictus Jacobus, et sui posteri ad lacum
predictum Matke, nec ad aquam molendini nul-
lam habeant jurisdictionem, nec ipsam aquam
in nullo impediant, nec super predictas graniti-
es prefatus Jacobus, et sui Posterii ulterius co-
ram aliquo aliquam moveant questionem,
et nos etiam eisdem silentium imponimus
perpetuum per presentes. Et ne super hoc
aliqui dubium oriatur presentes sigillo
litteras fecimus roborari. Actum in Brescia
et datum

et Datum Anno Domini 1349. Presentibus
Strenuis, et honorabilibus Viris Dominis,
Chebda Castellano fratre suo, Prespetto Sub-
pincerna Bressensibus, Dobeslav Castellano Cova-
liensi, Alberto dicto Ladone, Sandivogio Sub-
judice Bressensi, Vithoslav herede de Pincerie-
crino, et aliis quam plurimis fidedignis.